



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

Beato Patri Francisco Borgia Dvci Gandiæ, Societatis Iesv Tertio Generali,  
Gloriosè in Cœlo Regnati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)



BEATO PATRI

FRANCISCO

BORGIA

DVCI GANDIÆ,

SOCIETATIS IESV

TERTIO GENERALI,

*Gloriosè in Cælo Regnanti.*

**B**Ximie supremi Numinis  
Cultor, S. Ignatii Soboles di-  
gnissima. Tanta fuit apud  
Te, in primo tuo ad Societa-  
tem accessu, Libelli Exercitiorum S. Pa-  
tris tui existimatio, ut dignum judica-  
res, cui coram Sancta Sede Illustrissimæ  
Domus tuæ splendorem, auctorida-  
témque admoverès. Voluisti nimirum,  
& verò etiam assecutus es, ut Summus  
Chri-

)( 2

EPISTOLA

Christi in Terris Vicarius suo quoq; calculo approbaret Opusculum, quod Spiritus S. Militi, litterarū adhuc penitus ignaro, & è sæculi tumultu nuperri-  
mè subducto, dictaverat; quò major, pro DEI Gloria, & animarum comòdo fructus succresceret, si, quod sperari poterat, plures promptiori studio libellum evolverent, cui ab Infallibili Auctoritate, pondus, & commendatio accessisset.

Atquè hæc me Cogitatio impulit, ut exiguum hunc laboris mei partum Tibi offerrem, quem ad Illius potissimum Honorem, & Gloriam in lucem produxi, qui Ecclesiæ suæ, operâ S. Ignatii, tam nobile, tamque idoneum provehendæ magis magisq; Illius Sanctitatis, instrumentum iadulsit. Hic ipse Honor, & Gloria, Tuus quoq; scopus fuit; in quem perpetuò collimâsti. Admitte igitur, si ita lubet, inscriptam

No-

DEDICATORIA.

Nomini Tuo hanc Methodum, ac vim,  
& robur è Cælo ipsi impetra, quo ani-  
mata *ad Maiorem Divini Nominis*  
*Gloriam*, Gloriosissimi Parentis Tui  
Honorem & Animarum Vtilitatem in  
publicum evadat.

Utinam tantùm in cognitione, &  
usu Perfectionis, quam Libellus iste  
complectitur, profecissem, ut dignum  
aliquid, & quod vel parùm accederet  
ad meritum Opusculi, cui lucem ali-  
quam affundere cogito, afferre possem;  
certus profectò essem de collatæ operæ  
pretio, nec dubium foret, quin omni-  
bus perspectum fecissem, justissimam  
Tibi causam fuisse, tantopere æstiman-  
di, amandique libri, ex quo omnes  
melioris Vitæ profectum quotidie ca-  
pere possunt.

Communica mēcum, ita supplex  
rogo, vel unicum Excellentissimi illius  
radium luminis, quod Tu ex hoc libel-

*EPISTOLA DEDICAT.*

lo haufisti. Animi mei motus Tuorum  
Affectuum soliditate firmos redde , &  
Teipsum mihi Regulam statue , juxta  
quam componam, quæ dicturus sum.  
Fac, ut nullam unquam Illi injuriam  
afferam , cui satis Honoris exhibere  
nunquam potero.

Et quia magna nobis spes est, id nunc  
jussu summi Pontificis agi, ut Nomen  
Tuum Sanctorum in Cælo Trium-  
phantium Syllabo inseratur, ita Te,  
per eum, quo JESVM, & S. Ignatium  
prosequeris, Amorem, & Reverentiam  
obtestor , ut ad promovendam illius  
quoque Perfectionem incumbas , qui  
& S. Ignatii, & Tuus est,

*Gloriose Pater,*

Indignissimus Filius, & obstrictissi-  
mus in Christo

*Servus*

ANTONIUS VATIER,  
Soc. JESU.

BULL.

